Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

III. Edictum Valentiniani & Marciani imperatorum, quo prohibentur disputationes de fide coram vulgo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

Visual Library

ANNO CHRISTI 451.

ἡμετέραν, καὶ τῶν πεπραγμένων βεβαίωσίν τε καὶ συγκατάθεσιν.

ſtræ ſinceritatis, & ad eorum quæ a nobis geſta ſunt, * firmitatem & conſonantiam.[k]

*confirmationem atque conſenſionem.

III.

*Edictum Valentiniani & Marciani imperatorum, quo prohibentur diſputationes de fide coram vulgo.*

Οἱ βασιλεῖς, Φλάβιος Οὐαλεντινιανὸς, καὶ Φλάβιος Μαρκιανὸς, αἰώνιοι Αὔγουστοι, περὶ τοῦ κεκωλῦσθαι τὰς * περὶ τῶν Χριστιανῶν διαλέξεις, πρόθεμα τοῖς πολίταις ἡμῶν τοῖς Κωνσταντινουπολίταις.

* περὶ τῆς Χριστ. ſiue, περὶ τὰς τῆς Χριστ.

*Imperatores Cæſares, Flauius Valentinianus, & Flauius Marcianus, de Chriſtianæ fidei rebus edictum ciuibus noſtris Conſtantinopolitanis.*

ΜΟΛΙΣ ποτὲ τὸ διὰ μεγίστης εὐχῆς ὑπάρχον ἡμῖν καὶ σπουδῆς ἀποβέβηκε, καὶ ἡ περὶ τοῦ νόμου τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἐκποδὼν φιλονεικία γεγένηται· μόλις εὕρηται τὰ τῆς ἐπιψόγου πλάνης ἰάματα, καὶ τῶν δήμων ἡ διαφωνοῦσα διάνοια πρὸς μίαν ἐλήλυθε σύνθεσιν καὶ ὁμόνοιαν. ἐκ διαφόρων γὰρ ἐπαρχιῶν εὐλαβεῖς κατὰ τὴν Καλχηδονέων πόλιν ἐπίσκοποι συνηθροίσθησαν ἐξ ἡμετέρου προστάγματος, καὶ δι' ὅρου σαφῶς, ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ τί δέοι παραφυλάττειν, ἐδίδαξαν. ἡ βέβηλος τοίνυν ἔρις τοῦ λοιποῦ σχολαζέτω. καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀσεβὴς καὶ ἱερόσυλος, ὃς μετὰ τοσούτων ἐπισκόπων ἀπόφασιν τῇ οἰκείᾳ τι ποτε γνώμῃ καταλιμπάνει πρὸς ἔρευναν· ἐπείπερ ἐσχάτης δηλονότι παρανοίας ἐστὶ, τὸ μεσούσης ἡμέρας φῶς σεσοφισμένον ζητεῖν. ὁ γάρ τι μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας διερευνώμενος περαιτέρω, ψεῦδος ζητεῖ. μηδεὶς οὖν κληρικὸς, ἢ γοῦν στρατευόμενος, ἢ γοῦν ἑτέρας αἱρέσεως οἱασδήποτε, περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, δημοσίᾳ συναγομένων ὄχλων καὶ ἀκροωμένων, εἰς τὸ ἑξῆς διαλέξεις ποιεῖσθαι τολμάτω, ταραχὰς ἐκ τούτου καὶ κακοδοξίας προφάσεις

TANDEM aliquando, quod ſummis votis atque ſtudiis optabamus, euenit. Remota eſt de orthodoxa Chriſtianorũ lege contentio, tandem remedia culpabilis erroris inuenta ſunt, & diſcors populorum ſententia in vnum conſenſum concordiamque conuenit. E diuerſis enim prouinciis religioſiſſimi ſacerdotes Calchedonem venerunt iuxta noſtra præcepta, & quid obſeruari in religione debeat, perſpicua definitione docuerũt. Ceſſet igitur iam profana contentio. Nam vere impius atq; ſacrilegus eſt, qui poſt tot ſacerdotum ſententiam, opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ eſt, in medio & perſpicuo die commẽtitium lumen inquirere. Quiſquis enim poſt veritatem repertã aliquid vlterius diſcutit, mendacium quærit. Nemo itaq; vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana publice turbis adunatis & audientibus tractare *conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionẽ re-

lib. 3. C. de ſumm. trin. & fid. cath.

*audeat





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quirens. Nam iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare contendit, cum ea quæ nunc de Chriſtiana fide ſtatuta ſunt, iuxta apoſtolicas expoſitiones, & ſtatuta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta, definita eſſe noſcantur. Nam in contemptores huius legis pœna non deerit: quia non ſolum contra fidem bene compoſitam veniunt, ſed etiam Iudæis & paganis ex huiuſcemodi certamine *profanant veneranda myſteria. Igitur ſi clericus erit qui publice tractare de religione auſus fuerit, a conſortio clericorum remouebitur: ſi vero militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur: ceteri etiam huius criminis rei de hac regia vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam cōpetentibus ſuppliciis ſubiugandi. Conſtat enim, hinc hæreticæ inſaniæ exordia fomitemque præberi, dum publice quidam diſputant atque contendunt. Vniuerſi ergo quæ a ſancta Synodo Calchedonenſi ſtatuta ſunt, cuſtodire debebunt, nihil poſtea dubitaturi. Hoc itaque noſtræ commoniti ſerenitatis edicto, abſtinete a profanis vocibus, & vlterius deſinite de diuinis diſputare: quod nefas eſt. Quia non ſolum diuino iudicio peccatum hoc, prout credimus, punietur, verum etiam legum & iudicum auctoritate coercebitur. Datum Conſtantinopoli 7. Idus Februarii, Sporatio viro clariſſimo, & qui fuerit nuntiatus, conſulibus.

*diuulgant

ἐπινοῶν. τῇ κρίσει γὰρ ὕβριν ποιεῖ τῆς ἁγίας συνόδου, ὅστις ἂν τὰ ἅπαξ κριθέντα, καὶ ὀρθῶς τυπωθέντα, πάλιν ἀνακυλίειν ἐκ διαλέξεως, καὶ δημοσιεύειν φιλονεικοίη· ὁπότε τὰ νῦν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὁρισθέντα, κατὰ τὰς τῶν τιη'. διδασκαλίας, καὶ τῶν ρν'. τυπωθέντα γινώσκεται. οὐδὲ γὰρ ἐλλείψει τιμωρία κατὰ τῶν τοῦδε καταφρονούντων τοῦ νόμου· ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντίοι χωροῦσιν, ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσι μυστήρια. ἐκοιῶ, εἰ μὲν εἴη κληρικὸς ὁ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν τολμῶν, ἀποκινηθήσεται τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν· εἰ δὲ στρατείᾳ κοσμούμενος, τὴν ζώνην ἀφαιρεθήσεται. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ οἱ ἔνοχοι τῷ ἐγκλήματι τούτῳ, τῆς βασιλίδος αὐτῆς ἐλαθήσονται πόλεως, κατὰ τὴν τῶν δικαστηρίων κίνησιν καὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὑποβληθησόμενοι τιμωρίαις. δῆλον γὰρ, ἐντεῦθεν τῇ μανίᾳ τῶν αἱρετικῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐκβάσεις ποιεῖν παρέχεσθαι, ἐν ὅσῳ τινὲς διαλέγονται δημοσίᾳ καὶ ἐρίζουσιν. ἅπαντες τοίνυν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ἐν Καλχηδόνι συνόδου ὁρισθέντα παραφυλάττειν ὀφείλουσι, τοῦ λοιποῦ μηδὲν ἀμφιβάλλοντες. διὰ τούτου τοιγαροῦν ὑπομνησθέντες ὑπὸ τοῦ γαληνότητος ἡμῶν διατάγματος, τῶν δυσσεβῶν φωνῶν ἀπολήξατε, καὶ τοῦ περὶ τῶν θείων περαιτέρω ζητεῖν ὅπερ ἀθέμιτον. ἐπειδήπερ οὐ μόνον ἐκ θείας κρίσεως, καθάπερ πιστεύομεν, τὸ ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτον τιμωρηθήσεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῶν νόμων, καὶ τῇ τῶν δικαζόντων αὐθεντίᾳ σωφρονισθήσεται. ἐδόθη πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN